

facti de testamento seu disposizione dicte quondam Rose nobis obstensa quod donec predicta Antiochia filia ipsius Rose testatricis viveret tenetur ad voluntatem (*sic*) suam ipsam partem vinearum earum et palmenti predictorum adiecto etiam sollepniter de voluntate ipsius testatricis dicto instrumento confecto de ultimo testamento seu disposizione ipsius quod si dicta Antiochia filia sua ad necessitatem deveniret et ipsis cessantibus in . . . . huiusmodi licitum esset eidem Antiochie alienare et vendere ipsa legata dictis nepotibus (*sic*) ipsius Rose videlicet domum et partem vinearum nostrarum et palmenti per ipsam matrem suam facta dictis nepotibus dicte Rose matris sue prout superius est expressum iuxta tenorem instrumenti facti de testamento Rose predicte Et quia ipsa Antiochia necessitate oppressa ut asseruit quia non habet unde sibi victui et indumentis necessariis valeat obvenire et Requisiverint dictum iudicem Thomasium diaconum Rogerium et Iohannem ut asseruit ut quod de suis necessitatibus subvenire deberent alioquin ipsa ad vendicionem ipsorum bonorum legatorum ipsis per predictam Rosam matrem procedere . . . . subvenire valeat. predicta vero Antiochia primo a me predicto Iudice legaliter inquisita et . . . . in tota huius scripti continencia consensu et auctoritate Jacobi viri sui et legitimi mundualdi nec non iudicis petri de sabino baiuli Andrie in defectu iudicis Gualterii qui supra ad hec requisitum consensum prebent consentire penitus . . . . eas allegatas et talis consensus dicti baiuli vallet tamquam si proximioribus dicte Antiochie sibi penitus consentiret secundum consuetudinem civitatis Andrie, voluntarie vendidit et per fustem tradidit discreto viro dopno Bartholomeo de barolo procuratori Riligiousarum mulierum domine Elisabet venerabilis abbatisse et conventus Monasterii Sancte Clare in Barolo . . . . procurementis vice nomine et pro parte ipsius abbatisse et conventus predictam domum et partem vinearum terrarum et palmenti ipsorum